

175

19²₂

21

2. 10

11

3.

7. 2

5. 10

173

1. 10

9

2. 10

1732.

1. Harpprechtus, Christophorus Fridericus: De curios superiori.
liberis in Germania . . . 2. Scapl. 1732: 1758.

2. Scheffer, Iohannes Theodosius: De iniuriis praecminentia
principum imperii majorum prae principibus et
statibus aliorum Europae regnum. Rec. 1743.

3. Schaeppfus, Wolfgangus Adams: De processu australi
ex qualitate cause.

4. Schaeppfus, Wolfgangus Adams: De probalione contra
iurum partum.

5. Schaeppfus, Wolfgangus Adams: De iure praeclassicis
et iudicio concursu

1733.

1. Schefferus, Iohannes Theodosius: De iure naturalium nobilium
Germaniarum.

2. Schaeppfus, Wolfgangus Adams: De processu in consumacione
in causis criminibus.



1733

3. Schöppfius, Daedalus Arvensis: Volecas Sherricus et
differenbiascum inter suis communis et Westphaliorum

1734.

1. Harpprecht, Christoph Friedrich: Nachere Auszüg der
Lehren a. besonders des Lehr-Art, welches sich
bedient hat, Theile -- bedienen wird.

2. Helffrichius, Th. Fec: De eo, quod justum est circa ma-
tationem viris institutae fundatis

3. Moesling, Phanes Fredericus: De eo, quod justum est circa
proportionem in pennis savoyandis

4. Scheffens, Dr. Theodorus: De spuriis corvagine fore
respectu illorum, qui cum ipsorum matre concebueruntur

5. Smalcaldensis, Autorum Curator: De jurisdictione acad-
emicis privilegiis

1735

1. Gurlach, Christoph David: De maiestate ac dignitate
at et receptione, atque et auctoritate legum Romana.



rum in causis juris privati, publici ac. gentium

1735


1735
2. Hallucinosis, Michael! Dr. Legibus generation
P.M. - in man

3. Helfferich, Johann Theodor: Positionen sonst. für diese
Zeit.

Y. Marshelius, David: Continatio doctrinae de fideis
succinctis quibusdam observationibus illustratae

5 Pappus, Anthonij Melchior: De libro patriarchae
occumensiis pomo 3 vito inter Graecam et Latinam
ecclesias.

6^a, b^c Reny, Guntherus Albertus: Mixtura p[ro]p[ri]e Romani
et Germanici in materia patentatio et qual
in de dependent conspectus, 3 Sept. 1735 - 1769,



Kbz.

C

D

C

DU

D

J.



5067.

DISSE^MRATI^O INAUGURALIS
DE
EO QUOD JUSTUM EST
CIRCA 1734,
PROPORTIONEM
IN
POENIS SURROGANDIS. 12

QUAM
JUSSU SENATUS AMPLISSIMI
ADSTIPULANTE NOBILISS. JCTORUM
ORDINE
IN
PERILLUSIRI, ET PERANTIQUA UNIVERSITATE
TUBINGENSI

PRO LOCO
IN FACULTATE JURIDICA
EX MORE DIU RECEPTO & LEGITIME OBTINENDO
SOLENNI ERUDITORUM CENSURÆ SUBMITTIT
JOHANNES FRIDERICUS MOEGLING,
U. J. D. Ejusdemque Professor Ordinar. Publ. & Seren. Dic.
Wurtemb. Consiliarius,
RESPONDENTE
CAROLO FRIDERICO ENGELHART Suevofurth. Franc.
*Ad diem XXIII. Jul. obsecrissimiv.
HORIS LOCOQUE CONSUETIS.*

TUBINGÆ, LITTERIS SCHRAMMIANIS.




DISTRIBUTIO IN VNGUERIA
EO GLOD JUSTUM EST
PROPORTIONEM
POLUS SURROGATI

ISSU SENTIAS AMPLISSIMI
ADSTIPULANTE NOTARIIS ICTORUM
ORDINE

PERVULGATORI ET PERMUNDO A CONVENTU

PROLOGI
IN FACETATIBURHICIA
EX MONE DNI RECEPITO A LEGITIME OBTINENDO
SOLLENE INDIVISIONE CENSORE SUMMIT
JOHANNES HIRSCHIUS MORGHEING
UT D. E. M. Q. P. O. G. P. O. G. P. O. G. P. O. G.
W. M. C. G. A. G. L. I. T. R. I. S. T. R. I. S. T. R. I. S.
C. R. C. O. L. M. D. E. R. I. C. O. S. N. C. H. H. R. T. S. A. L. O. U. P. H. R. S. C.
M. O. R. I. S. A. C. C. O. S. A. C. S. O. N. S. T. A. Y.
T. U. R. I. N. G. E. I. S. T. R. I. S. T. R. I. S. T. R. I. S.



PRÆLOQUIUM.

O Pinione tædiosior irrepsit morā. Ex quo enim Serenissimi æque ac Amplissimi Senatus Decreta, humillima gratiarum actione acceptata, ad meam peruererunt notitiam, tūm morbi, tum laborum mole pressus ne feligebam quidem Thēma Disputationis, &c, cum hostiles impetus meum quoque aduentum retardarent, aliquot post dies demum incidi in materiam quiete minori, quam delectatione, a me, curis circa familiam herciscundam districto, elaboratam. Sensi, plura, meliora, doctiora potuisse & debuisse dici, sed scripsi, ut potui, lensoris pertæsus, latus tamen, si quis inde ansam arripiat, non elegantes minus quam practicas, has quæstiones dilucidandi, ampliandi, exauriendi, interea ego hisce positionibus me ad officium, clementissime demandatum, accingo, animi corporisque viribus a Deo expetitis quam enixissime:

A

SUM-



SUMMARIA.

- Th. 1. Delicta esse punienda,
 2. Sed proportione habita.
 3. An arithmeticā, vel geometricā,
 disquiritur.
 4. Proprietate delicti ē pœna ad pœ-
 nam difficultis.
 5. Proprietate pœna ad pœnam defini-
 tur.
 6. Cui competit surrogandi potestas,
 7. In alternativis quis eligat, Index
 an reus.
 8. Quibus pœnis possit substitui,
 9. 10. Qonmodo debeat esse compara-
 ta surrogatio.
 11. Casus I. Si capitalis in aliam ca-
 pitalem mutetur,
 12. Casus II. Si capitalis in pœnam
 corporis afflictivam mutetur,
 13. Casus III. Si capitalis in pœnam
 pecuniariam transferatur.
 14. Casus IV. Si pœna corporalis in
 capitalem mutetur,
 15. Casus V. Si pœna corporalis
 in aliam corporis afflictivam com-
 mutetur.
 16. Et quidem, si fustigatio sit mu-
 tanda in aliam.
 17. Vel amputatio manus,
 18. Vel relegatio, incarceratione, & con-
 demnatio ad operas publ.
 19. Casus VI. Si pœna corporalis in
 pecuniariam sit commutanda, &
 quidem de carceris pœna.
 20. De relegationis & fustigationis
 pœna,
 21. De condemnatione in operas publ.
 agitur,
 22. Casus VII. De pœna pecuniaria in
 capitalem,
 23. Casus VIII. De pœna pecuniaria
 in corporis afflictivam
 24. Casus IX. De pœna pecuniaria
 in pecuniariam mutanda.

Cum Deo.

Thes. I.

Dicitur puniendorum necessitatem quis negabit? Hanc enim inculcat Jus Natura, quod, sicut pro conservatione sui corporis refectioni membra putridi annuit, ita in corpore politico, & pro tuenda socialitate improbos expellit, ut consolationem hauriant illi, qui injuriam passi sunt, in aliis vero innocentia, horrore rigidi exempli conservetur, L. 6. §. penult. L. 28. §. 15. famosus ēc. ff. de pœn. BESOLD de pœn. in proæm. Inculcat hanc Jus Divinum, quod armavit Magistratum ultricibus telis, flam- mis

mis, & vinculis, DEUTERON. 19. vers. 19. quorum, si ratio justa & conveniens non habeatur, ipse committens vicariam ultionem Deus ad hanc profligeret, & ut vindicta omnium iniquitatem operantium, strenue exercet pœnam. Inculcant eandem Leges Civiles, rigoris in sceleratos plenæ, quem explicant & reis commonstrant LIBRI, qui vocantur, TERRIBILES; Inculcant eam denique Leges cujusque Reipublicæ, cuius causa secundum CICERONEM lib. 2. de officiis adhibenda est Severitas, sine qua administrari civitas nulla potest, hoc tamen cum temperamento, ut, teste EODEM in orat pro Cluent: pœna ad paucos, metus ad omnes perveniat, & in Oracl. 3. in Verrem, unius improbi supplicio multorum improbitas coercentur, cum neglectione pœnarum rerum publicarum frequentior interitus contingere soleat, uti BODINUS lib. 5. de Republ. cap. 4. ominatur.

Thes. 2.

Commensuratio autem pœnæ cum delicto requiritur, ita, ut justa exæquatio inter malum actionis, & malum passionis morali aestimatione intercedat, in quo formam omnis pœnae consistere probatum dedit. B. D. ANDR. ADAM HOCHSTETTERUS, in tr. de Jure pœnar. Sec. 6. §. 1. Quam ob rem tria requiruntur in Judice, ut 1). aestimat delictum 2). pœnam, & 3.) applicationem hujus ad illud. In aestimatione delicti tam ipse delinquens ejusque intentio, & factum ipsum, quam objectum, aliaque concurrentia ponderanda veniunt. L. 11. §. 2. L. 16. §. 3. ff. de pœn. L. 1. §. 3. ad L. Cornel. de Sicar. L. 38. §. 1. & 2. L. Jul. de adult. L. 6. pr. ad L. Jul. pecul. In aestimatione pœnæ, tam ipsius substantia, quam persona, cui infligitur, ejusque diversæ qualitates, considerandæ sunt. L. 2. Cod. ut intr. cert. temp. crimin. quest. term. L. 1. L. 9. §. 11. L. 16. §. 3. L. 28. §. ult. L. 38. §. 2. de pœn. add. PUFFENDORF de Jure nat. & Gent. Lib. 8. cap. 3. §. 25. TABOR in racemat. ad artic. Ord. Crim. 158. Th. 11. MÜLLER AD STRUV. Exerc. 1. lib. 30. seqq. In applicatione vero hujus pœnae ad delictum ipsa mensura, uti in L. 31. ff. ad L. Cornel. de fals. dicitur, dijudicanda est, ex qua ratione pœnæ estimationes delictorum vocantur, in L. 41. ff. de pœn. add. L. 11. pr. cod. & L. 138. §. 1. de Regul. Jur. & hanc in rem elegans est textus in Cap. 5. de pœn. in 6. cuius verba hæc sunt, Index pœnam metiatur ex culpa, ut secundum quod excessus exegrit, vindicta procedat, & por. id: proportionetur pœna delicto, ita, ut vindicta ex aquo excessu respondente ab offensa nostri cohabeantur. Unde sicut illa in praxi admodum



Thes. 3.

Jam vero cum PROPORTIONIS hic fiat mentio, vexatissima illa ex surgit questio, cuius nam iustitiae, an commutativa vel distributiva, an explectrica sive affignatrica opus sit penarum irrogatio? & an Judex puniens eandem dimicatur, æqualitate, seu proportione Geometrica, quæ computatio est distributiva, an Arithmetica? quæ Commutativa Justitia esse dicitur: Illam obtinere dicunt tum, quando non absoluta re cum re, sed modificata æqualitas rei cum persona adest. Hanc vero, quando æqualitas rei cum re ex omni parte perfecta conspicitur. Debemus hanc distinctionem ARISTOTELI, qui morem fecutus illorum temporum, quo ante cæteras disciplinas Mathematicis præcipue instrubatur animus, terminos hos ex Mathesi despuplit, & ad moralium rerum æstimationes applicavit, in Libr. Ethic. 5. cap. 3. & 4. id quod a seculis, forsan mente hujs Philosophi non satis asequentibus, occasionem dedit, varias inde efformandi Sectas. Hac enim determinacionum varietate, tanquam verticolo gurgite, circumacti, uti loquitur RACHEL, de paen. lib. 30. alias penarum irrogationem retulit ad Justitiam distributivam, & huic annexam rationem geometricam, uti fecit EHMIUS de princ. Jur. lib. 5. c. 2. cum quibus sentire videatur NITSCHIUS in diff. de estimat. cap. 11. n. 7. qui non nisi unicam geometricam rationem agnoscit, & arithmeticam ne dari quidem vel statui posse, adstruit. Alii commutativa Justitiae, & proinde soli rationi arithmeticæ, eam vindicant, inter quos est, GROTIUS lib. 2. de Jur. Bell. & Pac. cap. 20. §. 2. ibique FELDENIUS. HORNEJ: lib. 3. Philos. mor. cap. 16. HAHN ad Wesenbec. de J. & J. n. 11. Alii tertiam Justitiae speciem finixerunt, uti BODINUS lib. 6. de republ. cap. ult. sibi sapnit, enique Harmonicam dixit. Alii novam & vindicativam justitiam excogitarunt, uti PUFFENDORFF. de Jur. Nat. & Gent. lib. 8. cap. 3. §. 5. & in Element. Jurispr.

(5)

Jurispr. Univers. lib. 1. def. 17. §. 4. tenuit; Alii vero aliter, quorum meminit MÜLLER ad STRUV: Exerc. 1. ad tit. de Jus. & Jur. lib. 36. tit. a. Alii rem proprius attigerunt, & in hoc poenarum negotio, quoad earum aestimationem, geometricam, & quoad executionem vel inflictionem, arithmeticam statuerunt proportionem, adeoque probarunt, quod poena, si executio earum in se spectetur, omni delicto sint debita, & in eo res, sc. pena, cum re, scilicet, delicto, quadrare debeat, sed in aestimatione, respectu ad personam, cui infligitur, habito, disparitas sit, quæ est proportionis geometricæ, uti esserunt LAUTERBACH in Colleg. Theor. præf. ad tit. de Jus. & Jure lib. 18. & HUBER in prelect. ad tit. eundem lib. 8. BESOLD. de paen. lib. 3. & plures allegati ab HOCSTETTERO in d. tr. de Jur. paen. Scrl. 6. lib. 2. pag. 57. & mult. seqq. Alii in Jure Civili Romano modo hanc, modo aliam proportionem in poenis irrogandis attendi, & ne quidem in poenis Capitalibus locum habere putarunt, inter quos est BECHMANN. in Comment. ad Pand. Tom. 2. p. 2. Exoter. Exerc. 11. ad lib. 48. lib. 56. & seqq. Alii tandem profrus hanc distinctionem eliminarunt, & in omnibus partibus Juris iniurie esse assurerunt, inter quos agmen dicunt PATER ET FILIUS DE COCCÆJI, quorum ILLE in disp. de proportionibus, & in alia: de proport. Juri. & suspend. rupt. laqueo, hic vero in Jure Civili controversio ad lib. 1. tit. 1. de Jus. & Jure qu. 2. affirmantur, quod hac distinctione eleganter carere queamus, ex his rationibus, quia 1.) in justitia commutativa sæpius propria Geometrica, & in distributiva sæpius arithmeticæ, immo in eadem specie sæpius utræque proportiones animadvertiscantur. 2.) Quod propria tantum ostendat, quis numerus alii numero conveniat, quod jus non facit, nisi lex vel ratio talēm convenientiam statuat. 3.) quia proportiones tantum sunt instrumenta, & quasi mensuræ, quibus debitum lege jam definitum computatur atque dividatur, adeoque non magis ad speciem justitia referri possint, quam mensura ad agrum. 4.) plures sine Casus juris, qui naturalem rationem habent, nec tamen ullam proportionem habent, 5.) Justitia commutativa, & quod illa ad proportionem Arithmeticam debet exigi, nullum effectum in Jure habeat, utpote cum in omnibus commutationibus divisio fiat, non ex proportione, sed vel ex Lege, vel ex voluntate defuncti, vel denique ex dispositione partium: 6.) Justitia distributiva & ejus propria Geometrica non ad Jus, sed forte ad Ethicam pertinet, siquidem distributiones v. g. premiorum non fiant secundum regulas



regulas Juris, neque etiam necessario secundum merita, sed princeps pro libitu ea distribuat. Inter tantos sententiarum fluctus nobis haeret aqua. Certe non invidemus, quibus tam felicibus esse contingit, ut Mathematicum ex principiis Mathematicis intelligant, percipient, & facilius sequi arbitrentur; nulli tamen dubitamus, quin & illi, qui fundamentis Mathematicis non imbuti, æque facilem & felicem eventum in dijudicandis poenis sperare & expectare queant; quin, inquam, missis his terminorum involuctis, justa cuique poena dictari insigne posse. Hinc GEORG. BEYERUS in *Deline. Jur. Civil. sec. Pandect.* ad lib. 1. Tit. 1. cui bono sit hæc distinctio, exquitit, provocans ad omnes Jurisperitos, num ullius unquam controversiae decisionem ex his conceptibus Iustitiae formare potuerint, & GUNDLINGIUS ad eund. tit. §. 5. & 6. Iustitiae & proportionis hujus distinctiones prolatas in classem inutilium rerum refert; qui iustitiam habet, inquiens, omnia bene dimitetur, nec uni plus, alteri minus, quam pars est, tribuit aut demit: quibus subscriptum THOMASIUS in *Jurispr. divin. lib. 1. c. 1. §. 106.* & in addit. ad HUBER. in tit. de f. & f. n. 10. LUDOVICI in *nus pract.* distinct. *Jurid. lib. 1. tit. 1. dist. 2.*

Thes. 4.

Fundamentum ubique certum, constans & infallibile proportionis omnibus in poenam determinandum non est, tam quod proportionem delicti cujuscunque ad poenam, quam quod poena ad poenam surrogata concernit, de qua maxime nobis erit sermo, quanquam sepius ad circumstantias in delicto ejusque perpetratione occurrentes, etiam in surrogata poena meditatio convertenda veniat. Difficilis inventu est proportio Delicti ad poenam, quam quidem Legislator huic vel illi criminis praesfigere potuit, sed circumstantias prævidere non potuit, quarum minima, MEV. p. 4. Dec. 43. n. 17. levis quoque & unica, RICHTER P. 1. Dec. 1. 11. 14. rem, negotium, applicationem incertam, dubiam, suspicaciam reddit. L. 26. §. 12. ff. de Condit. Indeb. seu, ut GROTIUS de Jure Bell. & Pac. Lib. 2. c. 23. n. 1. loquitur, variat materiam & formam, de quibus agitur, soletque habere interiectum aliquid ea latitudine, ut modo ad hoc, modo ad illud extrellum proprius accedatur, unde ambiguitas sepe incidit, ut in crepusculo, aut in aqua frigida calefaciente. Eam ob rem Nemesis Carolina tot vicibus injunxit judicibus, ut peritiores con-

consulant, & ex iis, quæ Criminalium rerum Doctores conscriperunt, est colligere, quæ cautelæ observandæ, quinam scopuli evitandi, quot prædicamenta exploranda sint ei, qui justam ad mensuram vult pœnam delinqüentis, quam viam brevibus commonstravit B. D. D. FROMMAN-
NUS in *dissert: de Norma Judic. arbitr. lib. 53. & mult. seqq.* Multo autem difficultior est indagatio proportionis pœnae ad pœnam, cuius quantitas æstimatione morali plene non potest investigari, & modò ex usitato po-
puli more, modò ex genio delinquentis, modo ex substantia pœnae va-
riis fortuita vicissitudines, ita, ut aliquando deliciorum aliquis pro
pœna habeat, quod alter, durioribus affuerit, in deliciis habet. Quam
in rem elegans est Responsum FACULTATIS WITTEBERGENSIS, quod allegat
Illustr. de BERGER in supplem. ad Elec. Jurispr. Crimin. Obs. 6. p. 397.
ubi de differentia proportionis inter relegationem & condemnationem
ad operas publicas in specie dem Vestungs-Bau, verba hæc leguntur: Und
kan keine eigentliche und proprie sic dicta proportio zwischen dem Ves-
tungs-Bau und Landes-Verweisung durch menschlichen Verstand
gefunden oder determiniret werden, sitemahlen die proportio, als
ein terminus mathematicus nur ad numerum & figuram gehört, und
also in applicatione ein Corpus physicum erforderet sc. id quod & in aliis
pœnis verum esse non dissimilatur, qui varias pœnarum inter se relatio-
nes contemplatur.

Thes. 5.

Præmonendum vero putamus, quod de illa pœnarum commuta-
tione, quam ex mera gratia quotidie obtainere videmus, principaliter
nobis non sit sermo, siquidem eandem quilibet, superioritate territo-
riali gaudens, sine dubio impetriri potest, PINGZER in *Qu. 8. n. 2.*
NATTA Tom. 3. Concl. 636. num. 75. LIMNAEUS *de Jur. publ. Imp.*
Rom. Tom. 1. Lib. 4. cap. 8. n. 368. DAMHOUWER in *Præc. Rer. Cri-*
minal. cap. 147. n. 1. L. B. de LYNKER in *Refol. 376.* neque illa tunc
proportionis est ratio, siquidem hac princeps non indigeret, neque ad
mensuram gratiæ concessionem dimicari tenetur; licet saepius attendat ra-
tiones mitigantes, qua tamen in throno justitiæ ad mutationem pœnae non
sufficient. Sed de tali surrogatione pœnarum nobis est desudandum, quando
scil. princeps vel magistratus competens pœnam semel dictatam, vel ex me-
rito dictandam, executioni mandare non vult ex justis causis motus, vel non
potest, adeo, ut potius aliam pœnam substituendam censeat. Quo in
casu



casu queritur, quamnam poenam in locum prioris, sed nunc cessantis, surrogare debet, & quomodo ex capite iustitiae aliam poenam delinquenti imponere possit, ejus scilicet valoris, ut priori equipollat, & reo tanta passio per eam ultimato inflictam inferatur, quantam ex priori fuisse expertus, si locum habuisset, id quod a jure aggratiandi differt in eo, ut quidem tunc fieri soleat substitutio ex gratia, & ex causis in throno iustitiae non sufficientibus, hic vero & in nostro casu substitutio poena ad delictum proportionata requiritur, ex causis in Jure fundatis ad surrogationem, quamvis hic ejus benevolentia non excludatur, vi cuius mavult posteriorem poenam Reo infligere, aequa iustitiae regulis consentaneam, ac si priorem elegisset. Hinc talis surrogatio poenarum magis ad interpretationem Legum, & administrationem Iustitiae quam ad jus aggratiandi spectat, & etiam Juris Consulti eandem determinate possunt, quibus quippe interpretatio Legum est relata, cum in eo Legem non relaxant, secundum quam haec vel illa poena foret infligenda, sed negent tantummodo, eandem hic locum invenire posse, & sic interpretent agant, HEIG in lib. 2. Qu. 22. n. 34. ZIEGLER de Jur. Majestat. lib. 1. cap. 8. §. 12. GRANZ de defens. inquisit. cap. 8. memb. 2. n. 176. ubi ita; quoties igitur causa subest, qua ad Legem, ex bono & aequo, temperandam per se satis esse potest, quod sere contingit tum, quando Legis Observatio Naturali ratione ipsiusque Latoris sententie adversatur, non opus est dispensatione, sed ipso jure quis à Legis praecepto solutus est. Quibus premissis hanc Definitionem addimus, quod PROPORTIO in poenarum surrogatione sit AESTIMATIO & DETERMINATIO JUSTA POENÆ EJUSDEM VALORIS & PASSIONIS QVÆ, IN LOCUM POENÆ PRIORIS DICTATÆ VEL DICTANDÆ, SED CESANTIS, EX CAPITE JUSTITIAE SURROGARI DEBET.

Thes. 6.

Cum autem de proportione poenæ surrogatae nihil affirmari negatice possit prius, quam quæstio decisa sit, cui nimicum competat surrogandi potestas, hanc ei attribuimus, penes quem facultas puniendi delicta refudet, quipque talis surrogatio punitionis species, imo ipsa poena est. Quod si itaque quis plenaria superioritate territoriali in aliqua dictione pravaleat, ita, ut ipsi tam regalia omnia, quam ipsa Jurisdicitione Criminalis inhæreat, nullum est dubium, quin non ex capite gratia solum, sed & ex capite iustitiae aliam poenam substituere possit, cum huic super-

superioritati territoriali in pleno sensu & aggratiandi & puniendi potestas recte annumeretur. LANSIUS de *Legi Regia* ib. 105. CARPZ. de *L. Regia* cap. 9. Sect. 11. n. 23. & Sect. 12. n. 13. BESOLD Claff. 1. diff. Polit. 3. tb. 14. HEIG P. 2. Qu. 22. n. 6. CARD. TUSCH Præf. Concl. lit. P. Concl. 695. n. 1. Mevius de *Jure Lubec.* Lib. 4. tit. 15. art. 1. num. 5. Quod si vero aliis superioritate territoriali in aliqua ditione, alias vero jurisdictione Criminali tantum in eadem gaudet, tunc hic nomine Magistratus venit, & vi competentis Jurisdictionis Criminalis potestatem quidem habet de Criminibus, secundum modum Legibus præscriptum judicandi, coercendique, non vero penam legibus definitam ex capite gratia aut remittendi aut minuendi, quippe quod illocum potestate excedit. TIRACIELI in *de pen. temper.* prefat. n. 2. & seqq. CARPZ. de *L. Regia* cap. 9. Sect. 11. n. 25. & seqq. jurisdictionalia enim & Regalia, seu jura majestatica quibus Jus aggratiandi superius annumeravimus, sunt nunquam confundenda. CARPZ. in *in tr. Crim.* p. 3. qu. 150. n. 51. & Magistratus destritus superioritate territoriali neque durius quid, neque remissus statuere potest. L. 1. § 4. ad *SCT. Turpili.* L. 15. pr. ff. ad *Municip.* L. 8. C. ad *L. Jul.* de *vi publ.* & *priv.* L. 1. C. de *desertor.* L. ult. Cod. ad *L. Jul.* de *vi publ.* L. B. de *LYNCKER in Resol.* 376. WURMSER de *Jur. agrat.* posit. 4. lit. 6. & D. Prüschenken de *Jur. agrat.* n. 78. & mult. seqq. Et hoc non de totali solum remissione, sed & de partiali, seu penarum mitigatione est accipendum. L. 8. §. fin. C. ad *L. Jul.* de *vi publ.* & *priv.* L. 3. C. ne *sancit. bapt.* iteretur, ideo Magistratus, cui tantummodo alta seu Criminalis competit Jurisdiction, mortis supplicium in mitiorem, fustigationis, relegationis, carceris aut pecuniariam ex gratia convertere nequit. WEHNER in *obser. pract. voc. Cent.* p. 574. eadem ex ratione penam mortis severtiorem, lege expressa determinatam, in aliam mitiorem commutare non potest. Nov. 82. cap. 10. L. 15. pr. de *pan.* L. 1. § 4. ad *SCT. Turpili.* neque penam alias non capitalem remittere aut mitigate, WURMSEER d. 1. lit. d. p. 44. & Prüschenck all. diff. n. 87. & seqq. quia hoc aque ac illud Jus aggratiandi sapit; GRANZ. de *defens. inquis.* cap. 8. membr. 2. n. 360 & seqq. LAUTERBACH de *Jure aggratiandi* ib. 3. DONAUER in diff. de *transact.* leg. cum reis del. de existim. per *aggravat.* pen. ib. 6. Haec vero locum obtinent, quando de penarum remissione seu mitigatione gratiosa ventilatur *questio*, alia omnia autem dicenda veniunt, si ex capite *Justitia* pena ordinaria & Legibus definita mitior infligenda

genda est, id quod inferiori quoque magistratui ex justis Causis dene-
gari nequit. THEODORIC. in Coll. Crimin. disp. 10. lib. 7. tit. b. HEIG. lib. 2. qu. 22.
n. 34. & seqq. MEV. ad Ius Lubec. lib. 4. tit. 12. art. 5. n. 10. & 15. CARPZ.
in qu. Crimin. 142. n. 26. & seqq. proinde hac quoque nostra surrogatio pa-
narum in penis arbitriis, vel si necessitas id exigat, ipsi concedenda est,
quippe quæ non exercetur juris aggratiandi, sed justitiae explenda ergo,
secundum cuius dictum alia æque similis & rigorosa, non minor nec
mitior poena, substituitur. MATTH. de Crimin. ad lib. 48. tit. 18. cap. 4.
n. 31. CHLADENIUS in disp. de arbitr. Jud. in pœn. commut. §. 11. cum seqq.
BÖHMER in Elem. Jurispr. Crimin. Sect. 2. cap. 1. §. 14. Hinc facultas
commutandi pœnas in alias hoc in lensu recte Criminali jurisdictioni
meroque imperio inhætere, dicitur a CARPZ. in prax. Crim. qu. 150.
n. 49. & p. 4. C. 47. d. 3. HEIG. lib. 2. Qu. 22. n. 23. L. B. de LY-
NCKER in decis. 225. Ubi ita: *wer die Ober-Gerichte hat / kann den*
Staupenschlag gegen Erlegung einer mulde etlassen: RAUCHBAHR
lib. 2. qu. 8. num. 27. & specialiter in Electoratu Saxonie id est rece-
ptum, & in RESOLUT. GRAVAM. de A. 1661. tit. von Justitiæ Sachen
§. 59. decilsum, quod magistratus inferior pœnam fustigationis, rete-
gationis &c. mitigate, & in pecuniam pœniatiam ad pios usus eroga-
dam convertere possit, uti contra FINKELTHAUSTUM in Obs. 49. negantem
defendunt STRYK in usu mod. ad tit. de pœnis §. 11. CHLADENIUS in diss.
de arbitr. Jud. in commut. pœn. lib. 13. qui Electoralis decisionem in-
feruerunt. L. B. de LYNCKER in Resol. 384. WERNHER in p. 6. Obs. for.
365. nisi delicta adescent carnis, secundum rigorem LL. punienda, in
quibus cestat illa Electoralis concessio, & pœna promerita in pecuniaria
converti tunc nequit, ne scilicet frequentius adulteria, mulcta tan-
tummodo expienda, committerentur, contra quæ tamen Electoralis
Constitutiones severiores indexerunt pœnas. Ill. de BERGER in Elect. Ju-
rispr. Crimin. cap. 1. lib. 11. n. 3. pag. 30. & in Oeconom. Juris lib. 3. tit. 11.
ib. 4. not. 4. CHLADENIUS in dict. diss. §. 14. Ill. D. a WERNHER in P. 3.
Obs. for. 182. pag. 511. & in P. 1. Ennuc. 19.

Th. 7.

Interdum Lex ipsa surrogationem instituit, & duas pœnas ejus-
dem naturæ, qualitatis, vel minimum valoris, alternative praefixit, quis
tunc e
in qua
sunt,
si sunt
index
bet du
verba
pœnare
de vit.
MENO
n. 51.
directe
10. au
erit el
torem
dit, e
de defi
veto v
porali
de pœn
ad Or
Rej
aureon
tò rea
ALCIA
est co
compli
minu
que d
bet M
pœna
MENO
Coll.
BECI
præju
debea

Interdum Lex ipsa surrogationem instituit, & duas pœnas ejus-
dem naturæ, qualitatis, vel minimum valoris, alternative praefixit, quis
tunc

tunc eligere debeat, an magistratus an reus, non est in amœna quæstio; in qua decidenda varie nostri Doctores distinguunt, & quidem verba sunt, vel directa ad judicem vel ad reum, vel impersonaliter prolatæ; si sunt directa ad judicem, v. g. si quis comiserit tale maleficium, index faciat illum fūsigari, vel condemnat in 10. dncatos, minus habet dubii, quod tunc magistrati competat electio, quotiescumque enim verba ad creditorem diriguntur, qui hac in specie Magistratus, cui poena debet reus, audit, toties etiam ejusdem est electio, cap. 14. §. de vit. & honest. CLARUS in pract. Crim. lib. 5. §. fin. Qu. 85. n. 6. MENOCH de arbitr. Jud. Quæst. Cas. 87. n. 6. CARPZ. Qu. Crim. 133. n. 51. DN. a BERGER in Elekt. Jurispr. Crim. c. 1. §. 11. vel verba sunt directa ad delinquentem v. g. Ille, qui fecerit tale maleficium, solvatis 10. aureos, vel relaxet fisco tertiam partem bonorum, tunc & ejusdem erit electio; quoties enim in alternativis obligationibus verba ad debitorem diriguntur, toties debitoris, qui hic reus & debitor poena audiret, est electio. L. 10. ff. de Jur. dot. §. 6. MENOCH d. l. n. 17. GRANZ de defens. ingñist. cap. 7. membr. 4. n. 185. & seqq. BERGER d. l. Si in veto verba fuerint impersonaliter prolatæ, tunc si utraque poena est corporalis, judicis & domini territorialis est electio, L. 8. §. 1. ff. de pen. ibique BRUNNEM. n. 2. GAIL lib. 2. Obs. 84. n. 12. BLUMBLACHER ad Ord. Crim. art. 105. n. 2. CARPZ. P. 3. qu. crim. 133. n. 51. LYNCKER in Refol. 24. si vero utraque est pecunia v. g. pro furto si pena decem annorum vel amissionis tercia pars bonorum mobilium, tunc benignior est redi sententia, quod reo electio non deneganda sit, L. 32. ff. de pen. ALCIAT. Reg. 3. pref. 45. CLARUS d. tr. & l. n. 6. Si vero una pena est corporalis, alia vero pecunia, communiter reo electionem non competitore dicunt, cum sic reus eligens semper eligeret poenam, quæ minus haberet malum passionis, quam habuit malum actionis, adeo que disproportion inter penam & delictum emergeret, quam evitare debet Magistratus, qui ex qualitate circumstantiarum dijudicat, quænam poena inter duas maxime commenfurata, & delicto proportionata sit, MENOCH d. l. n. 6. & 8. in fin. GRANZ d. tr. n. 190. THEODOR. in Coll. Crim. cap. 10. n. 33. SICHARD. ad L. 3. C. d. servis fugitiiv. n. 14. BECHMANN in Tom. II. P. 2. Exot. Exercit. 12. ad tit. de pen. lib. 61. ubi præjudicium. An vero reis ad ultimum supplicium damnatis indulgeri debeat & possit tantum, ut & ipsi genus mortis, quo perirent, eliant,

gant, negatur in L. 8. §. 1. ff. de paenit. ibi: quod praefides liberam mortis facultatem concedendi non habeant, ad quam legem vid. MENOCH de arbore, iud. quast. cas. 87, in princ. quanquam olim Aethiopae in usu habuerint, hanc tristem licentiam morituris concedere, uti scribit ALEX. ab ALEXANDRO in Genial. Dier. l. 3. cap. 5. & de Ægyptiis idem annot. DIODOR. lib. 3. utrumque annotante GOTHOFREDO in not. moribus tamen nostris & Christianis rectius exolevit, quia inter multas mortis species alia est altera convenientior delicto, quam evitando reus iterum disproportionem delictum inter & paenam induceret, & plane indecorum esset, legere aliquid vel evitare ex eo, a quo in universum reus vellere excusari, quam rationem addit VÖETIUS in comment. ad tit. de paenit. §. 4. & GROENEWEGEN ad d. l. 8. ff. de paenit.

Th. 8.

Jam Ordo nos deducit ad Objecum surrogationis, quibus scilicet paenit aliae substitui possunt, siquidem de proportione inter paenam unam & alteram subsequentem nihil dici potest, quando prior est immutabilis. Ubicunque ergo adfuit paenæ, circa quas, ne quidem ex capite gratia, aliqua mutatio contingere potest, circa illas etiam ex capite justitiae vix surrogatio est licita. Quandocunque nimis LL. divinæ universales aliqui delicto certam paenam praeficiunt, illa neque tolli, neque remitti minime potest, cum Deus istas LL. non ob solam Judaicam gentem, sed ex causis universalibus, ad conservationem totius generis humani tendenter, tulerit, adeoque naturam & rationem Legum moralium in eo habeant, BEYER in delineat: juris divin. nat. & post. univers. c. 8. §. 25. cum sqq. Harum itaque LL. cum principes sint ministri tantum, facile patet, paenas, ab ipso Deo sancitas, Majestatica vel eidem analogica porestatem immutari haud posse, graviter hoc demonstrante, CARPIZ in qu. crim. 150. n. 30. ARUM. jur. publ. vol. 3. disc. 15. lib. 13. BODINUS de Republ. lib. 1. cap. 10. BESOLD Polit. lib. 1. c. 3. §. 4. n. 2. ZIEGLER de iuribus Majestatis lib. 1. cap. 5. §. 27. RECHENDERG de jure Principi Christiani aggrat. circa homicidium per tot. HORN in C. 15. Resp. 54. per tot. Propræca in homicidio doloso, tam simplici quam qualificato, (vid. WERNHER in P. 4. Observ. 83. & P. 7. Obs. 105. SCHROETER in dissert. de patrocinio homicidarum. HANNEKE-

NIUS⁵

nius in diff. de jur. aggrat. circa homicid. THOMAS. de jure aggratiandi
 Princ. Evangel. in causis homicid. BEYER in delineat. dict. c. 8. pos. 91.
 & c. 31. pos. 42. GRANZ de defens. inquis. c. 8. m. 2. p. 322. n. 92. qui
 Autores & rationes pro & contra protulerunt,) uti & in aliis in jure
 divino notatis penitus nulla dispensatio locum habet, multo minus ea-
 rum conversio in multas pecuniarias vel minores, uti ex GERHARDO,
 BESOLDO, THEODORICO & pluribus aliis deduxit B. D. D. HARPPRECHT.
 in dict. Cons. 49. n. 130. adeoque hic applicari potest, quod jure civili
 dispositum legitur, ut nempe poena persecutio judicis voluntati non
 mandetur, sed LL. autoritati referetur per L. 1. §. 4. ff. ad SCium Tur-
 pill. L. 244. ff. de V. S. L. 4. C. de L. Fab. de plagiarius. VOET. ad iii.
 de panis §. 4. Contra, quando delictum quoddam jure civili est pro-
 hibitum, cuius poena Legi merè positiva humana determinata fuit,
 tunc nullum dubium, quin is, cui potestas commutandi competit, can-
 dem validè exercere, multo magis surrogationem casui obvenienti ap-
 plicate possit, CARPZ. qu. crim. 74. n. 93. & in Respp. Elector. lib. 5.
 Rep. 112. LIMN. de jure publico L. 4. c. 8. n. 254. BRUNING de var.
 Univers. spec. concil. 28. B. D. HARPPRECHT land. conf. n. 232. Siquidem,
 quod Lege merè positiva introductum est, originem suam debet libero
 arbitrio cuiusque Legislatoris, peculiaribus circumstantiis commoto, ad
 has vel illas LL. ferendas, id quod alii Legislatori, alias, vel eadem
 rationes sancidi invenienti, non denegari debet. Ex eadem causa
 profuit hoc, si quando delictum jure Naturæ vel divino positivo uni-
 versali prohibitum, poena autem in his juribus nulla, sed a cuius-
 libert Reipubl. moderatore tantum determinata sit, tunc poena in totum
 non remitti quidem sed tamen commutari in aliam, sive surrogatio
 eo facilius invenire locum potest, KNIPSCHILD d. L. n. 18. & D. HARPP-
 PRECHT dict. consil. n. 133. quia Legis consensus in puniendo exinde quidem
 appetat, determinatio vero cuique Legislatori libera relictâ fuisse pra-
 sumitur. Brevibus: ubi poena certa L. definita universali reperitur, ibi
 omnis via commutationi & surrogationi diversi valoris præclusa cen-
 tur. Ubi vero poena est arbitraria, ibi libertas judici relictâ, quam
 penam, modò leviorē, modò graviorem, pro varietate circumstan-
 tiarum velit eligere L. 11. 14. 16. 25. ff. de panis THEODORIC. in Coll.
 Crim. cap. 10. aph. 2. n. 31.

Ut vero rite procedat hæc surrogatio, removemus, imprimis, quando de pœnæ pecuniaris surrogandis agimus, ante omnia avaritiam, matrem illam omnium Malorum fecundissimam. *Nov. 8. pref. Jurisdictiones enim non debent esse quaestuarie, neque ad aucupium lucri directæ, BALDUS Vol. V. cons. 410. n. 1. MERCKELBACH apud KLOCK. tom. I. cons. 22. n. 68.* Quamvis enim, instar legitimi vestigalis, haberi possent legitimas pœnæ, ut homines formidine hujus deterreantur a vitiis, *BORNIT. de arar. l. 4. cap. 4. LATHEI de Censu l. 2. cap. 5. n. 12.* tamen multæ pœnæque non ad commodum Reipublicæ, neque animo & voto pecuniam cumulandi, sive, ut lac & lanam præbeant, quod dicit *COLEI in tr. de proc. execuivo P. 2. c. 1. n. 410.* sed mores civium corrugandi, imponi debent. *Can. prodes. caus. 23. qu. 5. Can. fraternitatis caus. 2. qu. 2. cap. 2. de sent. excommun. m.* Et post plures D. D. HARPPRECHT in diel. consil. n. 137. & mult. sqq. quam in rem graviter loquitur L. B. de LYNCKER in dec. Jen. 516. ubi ita: Es seye dahin zu trachten, nicht so wohl durch die Straffe sich zu bereichern, als vielmehr hinlängliche Mittel zu gebrauchen, den Ungehorsam abzubrechen, und daß etwann der *renitem* dergestalt sich bequemen werde. Et in dec. Jen. 1093. his verbis uitur: Gestalten ihme (den Richter) nicht zugestanden, eine multam immodicam, und zwar vor sich, ohne rechtliches und unpartheyisches Erkennen, anzufezzen, noch verantwortlich, eine schändliche Gewinnsucht mit der Justiz zu bemühteln, oder diese mit jener zu beflecken, auch *Mornaus* und seine Nachkommen von diesem *Seuffzen* Geld schlechten Seegen, sondern ihnen vielmehr ein zehrendes Verderben zu erndten haben. add. AHASHV. FRITSCH. in Op. P. 4. tr. 9. Discurs von verbottenen übermäßigen Geld-Büßen, womit die Gerichts-Herrnen und deren Beamte die Untertanen wider Gebühr belegen, nebst nothiger Erinnerung, und Unterricht, warum solche Unziemlichkeit zu vermeiden, und was bei Disziplirung der Geld-Straffe besonders in acht zu nehmen; hinc omnes judices ab excessivis multatibus cessare debent, & si excessiva dicetur multata, ab ea appellari solet, per L. fin. C. de mod. mult. & tradita ANTONINI de AMATO P. 2. Resol. for. 72. n. 4. & 5. Prudenter itaque judic.

ces, maxime inferiores, & qui rerum non satis periti, agunt, si in causis ejusmodi obvenientibus periores & Jctos consulant, tum ut de cause validitate, tum verò de quantitate multæ proportionata cognoscant, & judicium ferant, si securi, nomine der Taschen Richter veniunt, in Ord. Crimin. Bamberg. art. 272. & Brandenburg. art. 281. LUDOVICI ad ordin. Crim. p. 299. Removemus porro omnes alias causas spurias, illegitimas, judicisque officio adversarias, siquidem omnes Ex virtutes in surrogando requiruntur, quæ judicem in principali poena di-
canda comitatæ sunt, & ab omnibus vitiis abhorrete debet in substi-
tutione, quæ odio in prima constitutione habuit.

Th. 10.

Maxima autem prudenter & nostra dissertationis pars in hoc est posita, ut in proportione, quæ inter poenam primitùs dictatam, & posnam ei surrogatam est, rectè incedamus via. Hujus monstratorem neminem habemus infallibilem, semper & ubique tuncum, sed prudens judicis arbitrium provocamus, quod in colligendis rerum circumstan-
tiis omnibus hic desudare debet. In genere quidem assursum, quod, sicuti surrogatum sapere debet naturam ejus, cui surrogatur, ita etiam poena, succedens in locum alterius poenæ, debeat eodem valore, & eadem qualitate stipata esse. Ioh. ANTON RUBENS de potest. procurat. & defens. in causa crim. n. 295. sed quisnam divinare poterit mensuræ centrum, ad quod poena surrogata collimer? Ut tamen aliqua ex parte satisfiat, habemus pro certo, ut poena surrogata ex capite justitiae tantum valorum & tantum passionis malum involvere debeat, quantum in se prior poena dictata, nunc verò cessans, continuit; Ad hoc dignoscendum, quoad humana infirmitas contingere potest, præcedat oportet cognitio accu-
rata poenæ præcedentis, post penæ subsequentis, & tandem valoris in-
trinseci, qui utramque consequitur, & ex estimatione vel legali, vel vulgi, suos quidem producit natales, in applicatione verò ad varias personarum, delicti, loci, & temporis circumstantias, mirum quantu-
m, certe tantum variat, ut nulla regula inde excupi, vel hæc ars conjecturandi ad aliquam normam certam reduci possit. Tentabimus tamen, reliquo cuique libero arbitrio, quid valeant humeri, quid ferre recusent, & ponemus certos casus, ubi distinctæ poenæ delinquentibus dictatae,



dictatae, in quarum locum aliae nunc surrogantur, quæ in penas capitales, corporis afflictivas non capitales, & pecuniarias dispescuntur.

Th. II.

I. PRIMUS itaque Casus hic esto. Si scilicet quis promeruit ultimum supplicium & quo genere mortis plectendus sit, sententia jam sit dictata, judex autem genus mortis in aliud mutare inclinet, qualis sit inter duo genera mortis proportio, & quomodo illa ex capite justitiae sit commensuranda. Jam inter mortem quidem & mortem in se spectatam nulla datur proportio, inter genera vero mortis dantur quædam, quæ ubique vel non executioni mandari possunt, adeoque necessariò surrogationem requirunt, quædam vero atrociora, ignominiosiora, & extantiora reliquis censemur, ita ut substitutionem non admittant, sic in crimen infanticidii Judex, ex concessione Nemesis Carolinæ in art. 131, in locum defensionis, stipite per corpus vivæ transfixo, in terram, ad desperationem evitandam, penam submersonis in aqua surrogare potest, si nimur in illo loco fluminis commoditas id permitat, quo deficiente, vel etiam in quibusdam locis semper, pena gladii dictata reperitur. CLASENIUS ad d. art. 131. p. 477. FROELICH a Frölichburg in Comment. ad Ordin. crimin. lib. 2. tit. 11. n. 2. ibique allegatus Jul. CLARUS §. parricid. LAUTERBACH in Differ. jur. civil. & Wurtemb. quoad caus. crim. §. 25. n. 6. B. D. HARPPRECHT in cons. nov. 45. n. 118. D. D. SCHOEPF in Dec. 87. n. 12. quamvis pena rotæ quoque imposita conspicatur, in CARPZ. qu. crim. 10. n. 9. Similiter, quanquam furiis gulam laqueo frangendam Carolus V. jussit, mulieres tamen in crimen furti in art. 159. & 162. a vilissimo illo, ignominiosissimo, feedissimoque lauei supplicio exceptit, & penam submersonis, momentaneam saltem, substituit, in cuius locum plurimis in locis, hoc quoque in crimen, pena gladii substituta legitur, in Resp. Epistol. quod refert TABOR in Racemat. crim. p. 527. ne scilicet ex furca pendentes, ob diffuentiam vestitus, scandalo sine videntibus. In foro autem Saxonico adhuc suspenduntur, uti multis præjudiciis confirmat CARPOV qu. crim. 82. n. 70. & 99. RICHTER. P. I. D. 1. n. 36. GRANTZ. dist. 1. n. 35. & strictiori ligatura vel vestimento, metuendo minus honesto spectaculo, obviam iti posse videtur. Ceterum in ter se disceptant, quænam

nam poena, laquei vel gladii, sit dignior, & utra alteri præferenda? Utriusque præcellentiam non magni habeo, interim poena laquei inter atrociores penas referenda est merito, cum majori apparatu, & crudeliori aspectu fures animam, faucibus oclusis, extrudant potius, quam efflent, (quare & informe genus mortis dicitur,) & membra omnium ludibrio & injuris tam aeris quam hominum exposita videantur, usque dum putredine consumta disfluant, GRANZ d. tr. cap. 7. membr. 2. n. 20. cum ex adverso in poena gladii uno ictu anima ex ergastulo corporis dimittatur, &, nisi aggravantes circumstantiae aliud suadeant, membra demandentur terra, quo ipso memoria & facinus & facinorofus eximuntur. Licer itaque dentur, qui in excelsis mori, & a sole post mortem illustrari malint, de quorum gusto non disputamus, moratores tamen gentes hanc poenam ignominiosiorem & maiorem amputazione capitis habuerunt, hancque posteriorem nobilioribus, tanquam reservatum quoddam, dictarunt, GLOSSA SAXONICA ad WIECH-BILD art. 8. n. 16. ibi: Auch nicht würdig der ehrlichen poen des Schwerdts &c. TIRAKIELL de nobilitat. cap. 37. n. 153. Zieriz. ad Consuet. Criminal. art. 192. verb. ut gladio &c. HEIG. p. 2. Qu. 32. n. 45. & 46. FARINAC. de delict. Et pœn. lib 1. tit. 3. qu. 8. n. 85. & præjudicium extat in Dn. à BERGER Elecl. Jurispr. Crim. p. 162. ubi ad preces morituri die Straffe des Strangs in die Schwerdt-Straff aus Engaden convertiri vorden, ex quo patescit, quod poena gladii; pro mitiori habeatur. Itaque statuerunt, poenam laquei in nobiles non cadere, quippe quâ vilioris tantum fortis homines puniantur, quam in rem pluribus commentator MAURITIUS de Nobil. Germ. lib. 47. quinque Italos & Gallos de præcedentia hujus vel illius poenæ litem motam commemorat. MARTHA in Dig. noviss. Tom. 2. tit. de pena cap. 57. annotans ex Vincentii de Francis conf. 569. quod in Regno Neapolitanis ex Nobiles gladii, plebejus furce poenam puniatur. PHILIPPI in usu prakt. Inst. lib. 1. tit. 1. Ecl. 1. per tot. CARPZ. in Qu. Crim. 82. n. 61. MÜLLER ad STRUV. Exerc. 1. th. 18. in f. B. D. D. GRASS. in Diff. de except. nobil. th. 23. in fine, qui, positis certis circumstantiis, hanc exceptionem prodesse contendunt, JUL. CLAR. lib. 5. Sentent. §. ult. qu. 60. n. ult. GRANZ. d. l. n. 35. non minus autem in hac ipsa poena laquei deprehendimus antiqui Juris aliquam surrogationem, cum poena hæc laquei, vel, uti L. 9. §. 11. L. 28. pr. l. 38. §. 1. ff. de pœn. nominatur, fur-

furcæ, fuerit substituta in locum pœnae Crucis, quæ à Constantino ex veneratione Crucis, in qua Christus passus est, fuit sublata, de quo, & an Tribonianus violentam hic adhibuerit manum, videri potest WISSEMBACH in *Emblemat. Tribonian. & BECHMANN in Tom. 2. P. 2. Exoter. Exerc. 11.* ad lib. 48. n. 54. p. 268. addatur HEINECCUS in *Antiquit. Rom. ad Inst. lib. 4. tit. 18. §. 10.* & TENZEL de eo, quod justum est circa pœn. furcar. ib. 3. Hæc itaque Pœna laquei, vel alia atrocior, rotæ, vel distinctionis in membra, non potest surrogari in locum pœnae gladii, quia ex hac tenus deductio magna disproprio inter hæc duo mortis genera conspicitur, neque indistinctè illa nobilium vel honestiorum quispiam affici potest, quia, ut nobilitas distinctionem parit à plebe, ita & proportione qualitatis hominum habita, pœna levior, quam in plebejo, locum hic sibi vindicat, nisi alterum statutum, vel per observantiam introductum sit. Porro aliquando in ipsa executionis formula præscripta occurunt, quæ in proportione dimerienda attendi merentur, ut, si ad ornetur decollatio in loco privato, non publico, item tempore nocturno, non diurno, quæ ad mitigationem pœnae faciunt, præcipue in nobilibus, quorum famæ hoc modo parcitur. Non tamen indistinctè pœna genus femel dictatum ad preces morituri mutari debet. L. B. de LYNKER in *Refol. 402.* ubi præjudicium,

Thef. 12.

II. SECUNDUM CASUM ita figuramus. Si scilicet quis ad pœnam mortis sultinendam fuit condemnatus, Iudex verò, in casibus, ubi transmutatio est licita, eandem in aliam pœnam corporis afflictivam convertere velit, qualisnam pœna eligenda tunc veniat, ut priori pœnae mortis proportionata dici mercatur. Sunt, qui pœnam perpetui carceris morti equiparant, & pro capitali habent, CARPZ. in *Qu. Crim. 111. num 57.* & *Qu. 53. n. 25.* DAMHOUDER verr. crimin. prax. cap. 16. n 2. HIPPOLETH. de MARSIL. pract. in §. attingat &c. n 30. MATTH. de Crim. ad lib. 48. tit. 18. n. 13. TREÜTLER Vol. 1. Disp. 3. ib. 5. Lit. E. quia incarceratus vivit, ac si esset mortuus, & exturbatus è numero viventium esse videtur, cui in carcere est moriendum, cuius sententia patronos plures allegat, B. D. D. HARPPR. in *Conf. nov. 83. n. 154.* & mult. seqq. Sed falli dicuntur, cum neque amissionem vita necessario inferat, ex

qua

qua tamen pena aliqua, strictè loquendo, capitalis dicatur, neque omnis spes liberationis evaserit, cui sapientius eventus respondit, quare hanc penam quidem graviorem relegatione, minorem tamen capitali habuerunt, HILLIGER AD DONELLUM Lib. 18. cap. 11. lit. E. GAIL. lib. 1. Obs. 133. SCHOEPFFER in Diff. de pan. ministr. stat. propt. culp. latam n. 35. & seqq. THEODORIC. in Coll. crim. cap. 10. aphor. 2. n. 8. L. B. de LYNEK in Resol. 24. qui tamen eandem non multo minorem capitum poena estimat, FARINAC. Vol. 8. Crim. qu. 193. §. 6. n. 104. Sunt alii, qui fustigationem ipsum pro grandi, & morti simili reputant penam, LUDOVICUS in Decis. Lucens. 1. n. 24. BEISOLD in conf. 52. n. 27. Sed falluntur & illi, quia talis pena saltem dicitur morti proxima, B. D. D. HARPPRECHT in Conf. 10. n. 180. & mortem naturalem non accelerat, neque vitam naturalem auferit, L. 2. ff. de publ. Iudic. L. 2. pr. L. 28. §. 2. de pani. L. 4. in princ. Si quis cauit. L. 6. §. 6. de inj. rupt. irr. res. GÆDEDEUS de contrab. Stipul. cap. 6. concl. 12. n. 134. & CLARUS in Qu. 69. n. 7. §. fin. MENOCH. de arbitr. jud. Qq. Vol. 1. cas. 86. n. 15. THEOD. d. l. num. 7. Sunt alii, qui mutilationem membra poenæ mortis aquiparant, præcipue illius, qui destituti miselli, neque sibi, neque suis alimenta necessaria comparare possunt, ZILETTUS D. VENETUS in Tom. 2. conf. crim. 69. n. 37. MATTH. de criminib. ad L. 48. tit. 10. n. 17. Sed & his dicam scribit, THEODOR. d. l. sunt porro, qui penam privationis omnium bonorum causæ criminali aquiparant, quia bona alter sanguis vel altera vita dicuntur, GLOSS. in L. 14. C. de advocat. diversor. Judic. pluribus hoc affirmante ALVAREZ. de VELASCO de privil. pauper. p. 1. qu. 51. n. 19. maximè, si accedat bannum perpetuum, ZILETTUS in Tom. 1. conf. 90. n. 10. RUBEUS de potest. procurar. & defens. in caus. criminal. n. 141. Sed & horum sententia ex prioribus adductis suspecta videatur. Sunt tandem, qui penam capitalem sustinere credunt cum, cui dictatur relegatio perpetua ad ergastula nautica, vel ad tritemes, DAMHOUER in pract. crim. cap. 151. per tot. qua pena nostris moribus non inusitata est, ROMANUS in Diff. de perrara pana ad Tritemes in const. Eleit. Sax. nov. 7. & 8. definita. Nobis, si quid autumare licet, videtur, exactam, maximè, si ex capite justitia agitur, proportionem inter mortem & penam corporis afflictivam non dari, cum vita nihil sit pretiosius, & Doctores in causa mutandæ penæ capitalis negent, eam in aliam penam corporis afflictivam converti posse, sed pecuniariam statui debere.



GRAMMAT. *Decis.* 97. n. 9. & *Cons.* 39. n. 4. NEVIZANUS in *conf.* 75. n. 7. HIPPOL. de MARSIL. in *pr. crim.* §. quoniam, n. 95. & *conf.* 24. 25. 30. & 32. ubi fuse. Quin verò poena perpetui Carceris, vel condemnatio in perpetuum ad tritemes, quae poenæ invicem sunt commutabiles, BECHMANN in *Coll. ad Pand. P. 2. Exoter. Exer.* ad tit. de *pan* n. 82. non sit poena, pro qualitate personarum, saepius ipsa morte asperior, ita, ut vita ipsius sit supplicium, mors foliatum, vix dubitari potest, & proinde talis poenæ commutatio non adeo à recto tramite abludens videretur, siquidem in proportione ponderanda omnis ad amulsum æqualitas non inveniri potest, & à Doctoribus annorum videmus, quod etiam fustigatio cum missione in exilium, item poena tritemum delinquentibus morte plectendis saepius dictata fuerit. JUL. CLAR. in *pr. crim.* §. fin. *Qu.* 85. ad fin. MARTHA in ff. noviss. Tom. 2. Tit. de *poena*: cap. 25. ubi praxim Neapolitanam, status Ecclesiastici, & ex Peri Caballi *Resol.* 135. Hetruriæ adducit, MOLLER Semestr. lib. 3. cap. 20. ubi allegat, quod in Scabinatu Lipsiensi ultra hominum memoriam ita fuerit observatum, & Comitem de Greiffenfeld, Daniæ Cancellarium ab initio ad mortem condemnatum, postmodum ad perpetuos carceres Trontheium abductum, refert ex ZIEGLER, *historischen Labyrinth* n. 326. SCHOEPEFFER in *diss. de poen. min. stat.* propter lat. *cip.* c. 3. n. 33. imo SIMON in *prefid. Acad.* Part. 2. diss. 7. de ergaster. discipl. §. 8. addit, quod condemnatio ad ergasteria loco mortis cum magno Reipubl. commodo surrogari possit,

Thef. 13.

III. TERTIUS CASUS ita se habet. Si quis ad mortis supplicium fuit condemnatus, vel ad duotum legis condemnandus demum, Judex verò hoc in poenam pecuniariam velit commutare, & quidem ita, ut, quoad ejus fieri possit, poena postrema prior fiat similis, quoniam summa, ad proportionem efficiendam, exigere possit Judex? Arbitramur, nec hic aliquam mensuram & normam, ad quam, assignari posse, sed ex variis circumstantiis colligendum, quoisque proportio tendat, quia inter pe-
nam corporis afflictivam, eius maxima species est mors, & pecuniariam hæc proportio idè non datur, quoniam minima poena corporis afflictiva quavis pecuniaria est gravior, adeoque à minori ad majus va-

let

let argumentum. L. 10. in fin. ff. de pen. COLER. de proc. execut. P. 1.
c. 6. n. 27. & c. 9. n. 46. MUNDIUS RODACH in vol. 2. conf. 1. n. 70.
B. D. D. HARPPR. in confil. 49. n. 41. & seqq. DONAUER in diff. de transact.
leg. cum reis delict. de exsibim per aggravat. pena th. 20.

Quanquam autem hec ira te habeant, dantur tamen casus, ubi
penæ delictis Jure impositæ fuerunt capitales, quæ postea in pecunia-
rias mutata deprehenduntur. Sic in cau homicidii Jure divino stricto-
que capitaliter puniendi. GRANZ d. tr. cap 8. membr. 7. p. 327. & ma-
xime 328. n. 20. allegavit Casum, ubi Centurioni homicidæ, cui po-
na mortis remissa, multa insignis: Et ist aber auf solchen Fall wegen
der bey dieser Sache vor kommenden gravirenden Umständen seinem
Vermögen nach auf 4. bis 5000. Thaler zu bestrafen, sive dictata, ex
quo casu, licet ad Jus aggratiandi propriæ ita dictum spectet, tamen
aliquo modo ad proportionem obtinendam analogia quadam potest de-
sumi; Sic pena adulterii de Jure divino sive capitalis, & Jure Civili
eadem obtinet pena, L. 30. §. 1. & aut. seqq. C. ad Jul. de adul. Per
